Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26012
Copyright: Admont, Benediktinerstift



reuocas. Videt ergo uir sanctus mentem
suam audiens tot malis ad despe
racionem concuti. et mirabiliter studu
it in spe certa et bonis suis actibus
solidari. Sic impletur quod scrip
tum est. In die bonorum ne inme
mor sis malorum. Si enim cum bo
na habemus malorum reminisci
mur. que aut iam passi sumus
aut adhuc pati possumus. accepta
bona in mente non eleuant. quia
eorum gaudium timor malorum
memoria premit. Et si cum mala
habemus bonorum reminiscamur.
que aut iam accepimus aut ad
huc posse accipere speramus. malorum
pondus animum in desperacionem
non deprimit. quia hunc ad spem me
moria bonorum leuat. Sic itaque
fratres karissimi. et per precepta domini et per sanctorum
exempla gradiamur. ut nos nec
prosperitas eleuet. nec aduersitas fran
gat. habere nos ante omnipotentis dei
oculos palmas hinc et inde mon
stremus. Letemur ergo in eius adiuto
rio qui in suis nobis sequacibus omnia
que precepit ostendit omnipotens redemp
tor noster qui uiuit et regnat.

Prophetie uerba que largiente
domino hodie caritati uestre loquen
da sunt. lectione magis indigent
quam exposicione. Ea enim in tribus
portis interioribus replicantur. que
iam secundo uel tercio de exterioribus dicta
sunt. Pauca enim uerba in earum de
scripcione permutantur. unde necesse
est ea nos que iam dicta fuerant legen
do transcurrere. ut nec dum dicta
sunt licencius possimus enodare.
Itaque nunc dicitur. Et porta atrii interio
ris in uia australi. Et mensus est
a porta usque ad portam centum cu
bitos. et introduxit me in atrium
interius ad portam australem. et men
sus est portam iuxta mensuras
superiores. talamum eius et frontem eius
et uestibulum eius isdem mensuris.
et fenestras eius. et uestibulum
eius in circuitu. Quinquaginta cu
bitos longitudinis. et latitudi
nis. xxv. cubitos per girum uestibu
lum. Cuncta hec superius dicta sunt
atque exposita esse meministis. nec dum
uero est dictum quod de eodem uestibulo
subditur. Longitudo quinquaginta
cubitorum. et latitudo uiginti quin
que cubitorum. et uestibulum eius ad a
trium exterius. atque iterum hoc quod iam
superius dictum fuerat replicatur
cum dicitur. Et palmas eius in fronte. et
statim quod adhuc dictum non fuerat
subditur. Et octo gradus erant.
quibus ascendebatur per eam. Hoc
quoque quod de australi porta scriptum
est. de orientali quoque porta in eo
dem ordine narratur. nam prius